



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1847**

CXLIV. Markgraf Hermann verleiht dem Domcapitel das Patronatsrecht über die Katharinenkirche in der Neustadt Brandenburg, am 1. Febr. 1305.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

**CXLIV.** Markgraf Hermann verleiht dem Domcapitel das Patronatsrecht über die Katharinenkirche in der Neustadt Brandenburg, am 1. Febr. 1305.

— nos, Hermannus, dei gratia Brandenburgensis marchio et dominus de Hinnenberch, recognoscimus, nec non ad universonum Christi fidelium etatis tam presentis quam postere cupimus noticiam devenire, quod ob nostrorum nostrorumque predecessorum salutem animarum proprietatem juris patronatus ecclesie nove civitatis Brandenburg dyocesis Brandenburgensis, contulimus ac dedimus venerabilibus dominis Johanni preposito, Walthero priori totique capitulo cathedralis ecclesie Brandenburg cum universis fructibus ac proventibus ac utilitatibus quibuslibet, ad ecclesiam prefatam spectantibus, perpetuis temporibus nunc deinceps quiete et pacifice possidendam. Hujus autem nostre donationis tam libere quam voluntarie sunt testes: Fridericus de Alvensleve, Lodevicus de Wansleve, Henricus pincerna, Gerhardus de Wedderden, Borchardus de Berthenleve, Conradus, plebanus in Frankenvorde, Slothekinus tunc temporis curie notarius et alii quam plures fide digni. Preterea ut hec nostra donatio inviolabilis perseveret, et ne a quoquam heredum aut successorum nostrorum quomodolibet violetur, presentem paginam inde confectam tradidimus in evidenciam amplioem sigilli nostri appensione communitam. Acta sunt hec Ozzetzs, et data annis dominice incarnationis M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. V<sup>o</sup>. epacta XXIII. indictione III. concurrente III. Kal. Februarii.

Nach dem Originale.

**CXLV.** Der Markgraf Hermann bezeugt, daß sein Verschenken des Patronatsrechtes der Katharinenkirche in Brandenburg dem bisherigen Prediger nicht schaden solle, am 7. März 1305.

Hermannus, dei gratia Brandenburgensis et Lusatie marchio et dominus de Hinnenberch, omnibus presentium auditoris continentiam seu visuris salutem et omne bonum. Licet ad laudem dei omnipotentis ejusque sancte genetricis et virginis Marie sanctique Petri apostolorum principis, ad nostram quoque ac progenitorum nostrorum salutem ac etiam favorem et dilectionem dilecti nostri patris Ottonis, Brandenburgensis et de Landesbergh magnifici marchionis, jus patronatus ecclesie sanctarum Katherine et Amalberge virginum, civitatis nostre nove Brandeborch viris honorabilibus et discretis, dominis Johanni preposito ac capitulo cathedralis ecclesie sancti Petri predicti in Brandeborch dederimus post mortem discreti viri Dengheri, tunc plebani ejusdem ecclesie perpetuo possidendum; Hoc tamen eidem Denghero in nullum prejudicium cedere volumus vel gravamen, sed volumus, ut eandem ecclesiam pacifice, quoad vixerit, possideat et quiete, nisi forte ex bone voluntatis proposito amicabiliter cedere ipsis velit. In cujus rei evidenciam presentes eidem Denghero pro securitatis solatio dedimus sigilli nostri munimine raboratas. Testes quoque hujus sunt Droyseko curie nostre dapifer, Pyzko de Loffow, Zabellus de Doberun pincerna noster et Henricus de Bryzk, coquinarius noster, et plures alii fide digni. Datum Spandow per manum Slotekini nostri notarii, anno domini millesimo tricentesimo quinto, dominica Invocavit.

Nach dem Originale.